

De preceptis.

13

Liber discipuli de eruditione christifidelium incipit

De preceptis in generali.

Vis ad vitam ingredi: serua mandata dei. **Matth.** xix. In verbis prophetis ostendit Christus cuilibet homini viam vite eterne: cum di-

Alii: Si vis ad vitam etc. Sciendum quod precepta sunt pre omnibus intime diligenda et cum summa diligentia seruanda. **Matth.** xix. ideo dilexi mandata tua super aurum et topazion. Et hoc propter decem causas. **P**rima causa est: quia faciunt obseruatores suos amicos dei. **Unde Ioh.** xiiij. Vos amici mei estis si feceritis quod precipio vobis. Nec hoc est parum: quia deo seruire est regnare. Quod quantum bonum cedit homini cum non solum sit seruus regni celestis: sed etiam amicus regis eterne. **Eccli.** vi. Amico fideli nulla est comparatio. sed ipse est fidelissimus amicus. **Unde Aristo.** i. rethorici. ostendit si quis sit verus et fidelis amicus dicens Amicus est qui operatur alteri quod putat sibi esse bonum et hoc propter illum. **M**odo hoc manifeste et plenissime inuenitur in christo: qui nobis quotidie benefacit ex sua bonitate et misericordia et hoc propter nostrum bonum: quia de bonis nostris nihil indiget. **Unde ps.** Bonorum nostrorum non indiges. Ideo discrete et sapienter faciunt qui querunt quomodo amorem et amicitiam dei possunt acquirere. sed hoc fit in obseruatione preceptorum: ut patet in autoritate **Ioh.** palle gata. Sed quales amici et consanguinei erunt obseruatores preceptorum dei. **R**espondeo quod precepta faciunt obseruatores attinentes esse deo quasi omnigenere attinentie. **Unde Matth.** xii. Qui cum fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater et soror et mater est. Frater vel soror christi est quod corberes. Quasi mater christi est bona mulier que mandata obseruat: quia coronat

sicut mater christi: que regina celorum terre est. **Matth.** Luc. viij. Mater mea et fratres mei sunt qui verbum dei audiunt et faciunt.

Secunda causa: quia homines ad hoc a deo facti sunt ut mandata eius custodiant. **Unde optimus** quod homines seculares et communes possunt facere in mundo isto secundum suum statum videtur hoc esse. **Unde in puer.** Nil melius quam attendere in mandatis dei etc. quia hic est finis hominis. **Unde Aristo.** vi. topico. Finis in vnoquoque genere est optimum et cuius gratia sunt alia. **Unde Eccli.** vi. Time deum et mandata eius obserua: hoc est omnis homo. id est propter hoc siue ab hoc est omnis homo. **Unde Bern.** Si hoc est omnis homo: sine hoc nihil est omnis homo. Nihil in qua in valore est homo sine obseruatione preceptorum. Quando aliqua res fit ad aliquod opus et quando illud non consequitur: tunc fit illa res inutilis et destruitur. Sic homo qui facit et non obseruat mandata seruaret quando precepta dei seruare nolit: destrui et mori dignus fuit. **Unde iustissima** fuit illa sententia **Dei.** ij. Quicumque die comederitis ex eo: morte moriemini. sic dicit iam cuilibet homini. Quicumque die preceptum aliquod transgredieris: morieris. **Matth.** Bern. Dignus plane est morte qui tibi domine iesu recusat viuere. Ex quo homo factus est ad hoc ut precepta dei impleat: tunc non potest meliorem thesaurum sibi in mundo isto thesaurizare quam mandata dei seruare. **Eccli.** xxxij. Pone thesaurum tuum in preceptis altissimi: et perdit tibi magis quam aurum. **T**ertia causa que nos debet mouere est quod deus vult ea multum et stricte seruari. **Unde ps.** Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. **Prover.** viij. Legem meam quasi pupillam oculi tui custodi. Pupilla diligenter seruatur eo quod leditur de facili et valde periculosum est. Facilius aurem leditur lex dei quam pupilla: quia sola voluntate. **L**editur etiam periculosius. quod melius esset homini oculum erui quam preceptum dei transgredi. **Unde Matth.** xvij. Si oculus tuus scandalizat te: erue eum et propece abste: imo homo potius deberet ambos oculos et ambas manus et abos pedes perdere: quam vnum preceptum transgredi. **S**ed heu multi oppositum faciunt quod propter